



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

84. In supremo Apostolicæ &c. Unio perpetua Trium Parochialium
Ecclesiarum de Jurepatronatus Regis Portugalliæ Regiæ Capellæ M. S. in
Civitate Ulyxbonen. pro argumento proventuum eidem Regiæ Cappellæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

interesse habentes, seu habere prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas eadem præsententes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex aliâ quacumque etiam quantumvis justâ, legitimâ, piâ, & privilegiatâ causâ, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus aliove quolibet etiam quantumvis formali, & substantiali, ac in cogitato, & inexcogitabili defectu notari, impuguari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, & facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam Motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine concessio, vel emanato, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare unquam posse; Sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis præfatæ Nuncios, aliove quoslibet quacumque præminentiam, & potestate fungentes, & functuros, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus omnibus, & singulis præmissis; ac felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris nostri de unâ, & Concilii Generalis de duabus diebus, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, & Locorum Piorum, ac Ordinum Congregationum, & Societatum etiam Jesu, Militiarum, & aliorum præfatorum, & quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, & usibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, Conventibus, & Loci Piis, ac Ordinibus, Congregationibus, Societatibus etiam Jesu, Militiis, & aliis prædictis illorumque Præsulibus, Capitulis, Abbatibus, aliisque Superioribus, & personis quibuslibet, etiam in limine foundationis, & erectionis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis.

Derogat
quibuscumque
contrariis.

§. 5. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ exprimerentur, & infererentur præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac plenissimè de-

rogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si præfatis, vel aliis quibuslibet communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

§. 6. In percipiendis vero subsidio, & contributione prædictis rec. me. Clementis PP. V. etiam Prædecessoris nostri in Concilio Viennensi editam Constitutionem, ac præsertim, quod nec Calices, nec libri, cæteraque Ecclesiarum ornamenta Divino Cultui dicata, aliave suppellectilia Ecclesiastica ex causâ pignoris capi, recipi, vel distrahi, aut aliis quomodolibet occupari debeant, ubique præcipimus observari: quinimò volumus, ut illius occasione Ecclesiæ, Monasteria, aliæque pia, & Sacra Loca quæcumque debitis propterea non fraudentur obsequiis, ac Divinus in eis Cultus, & solitus Altissimo famulantium, & Ministrorum numerus nullatenus minuatur, nec eis quoquo modo injuncta onera, aut pia, quæ exercere solent, opera, & officia ullo modo minuatur, seu negligantur, sed eorum congruè supportentur onera consueta, quodque præsentium literarum exempla, etiam impressa, manu Notarii publici subscripta, & alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo obfignata eadem in judicio, & extra illud ubique locorum fidem faciant, quàm ipsæ originales facerent, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIIII. Augusti MDCCXVI. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Loco ✠ Signilli.

F. Card. Oliverius.

UNIO PERPETUA

LXXXIV.

Trium Parochialium Ecclesiarum de Jurepatronatus Regis Portugaliæ Regiæ Cappellæ M. S. in Civitate Ulyxbonen. pro augmento proventuum eidem Regiæ Cappellæ Interventium.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis Filiis Venerabilium Fratrum nostrorum Archiepiscopi Bracharen. & Episcopi Lamacen. Officialibus salutem, & Apostolicam benedictionem.

IN Supremo Apostolicæ Dignitatis Solio Divina favente clementiâ meritis licet imparibus constituti ad ea, per quæ quarundam Collegiarum Ecclesiarum, quæ inter præcipuas Universi Orbis Ecclesias, utpotè Regio nomine insignitas, ac alicui ex Divis Apostolis dicatas conspicio honore illustrantur, & frequenti Nobilium interventu, atque Regalium Personarum præsentia decorantur, gloria, & ornamento, & Ecclesiasticorum Ministrorum in illis Divini cultus insistentium indigentiam consulitur, Pastoralis Officii nostri sollicitudinem favorabiliter interponimus, ut eisdem Ecclesiis, ubi debita venerationis officia, eâ qua par est curâ, religione, & reverentiâ, præstantur, additis majoribus reditibus, ipsorumque Ecclesiasticorum Ministrorum adauctis commodis, & utilitatibus pro majori illorum decore, onerumque illis incumbentium supportatione ad uberiorem æterni nominis gloriam Divinus cultus, ac Fidelium pietas latius in dies multiplicetur.

In exactione
subsidii man-
dat servari
Constitutio-
nem Clementis
V. & cætera
verba, ne sacra
suppellectilia
recipiantur.

Neve Sacra
loca debitis
fraudentur
obsequiis.

Exordium à
zelo promo-
vendi incre-
mentum di-
vini Cultus
in Ecclesiis
præsertim
Collegiatis
insignibus.

Pontifex in Collegiatam insignia e-rexit Regiam Cappellam Ulyxbonen. ac in ea sex dignitates, octodecim Canonicatus, & duodecim Beneficiatus instituit.

Quorum nominationem Regi Portugallie pro tempore reservavit.

Eidem Regi facultatem insuper tribuit deputandi nonnullos Mansionarios amovibiles, & plures redditus, & varia privilegia Collegiatæ concessit.

Attenta modicitate reddituum imparium conspiciunt, & splendore dictæ Collegiatæ Rex Portugallie supplicat Sanctitati suæ, ut tres Parochiales Ecclesias de Regio Jurepatronatus vacantes hic nominatas cum omnibus illarum proventus prædictæ Collegiatæ Mensæ Capitulari in perpetuum unire dignetur.

§. 1. Alias siquidem Nos Regiam Capellam Divo Thomæ dicatam Regii Palatii Civitatis Ulyxbonen. totius Portugallie, & Algarbiorum Regnorum Metropolis in Sæcularem, & Insignem Collegiatam Ecclesiam sub ejusdem Divi Thomæ invocatione, & in eâ Decanatum Primam, & Principalem, cujus octoginta octo cum duobus tertiis, computatis verò distributionibus quotidianis, ducentorum, & sexaginta sex, ac alias quinquaginta sex, & octodecim Canonicatus, totidemque Præbendas, quarum, & quorum cujuslibet sexaginta sex cum duobus tertiis, computatis verò distributionibus quotidianis, ducentorum, nec non duodecim perpetua simplicia, personalemque residentiam requirentia Beneficia Ecclesiastica, quorum cujuslibet triginta trium ducatorum auri de Camerâ cum uno tertio alterius ducati similis, computatis verò eisdem distributionibus quotidianis centum ducatorum auri similium, respectivè fructus, redditus, & proventus valorem annum non excederet, pro totidem Clericis, seu Presbyteris futuris in eâ respectivè Dignitatibus, Canonicis, & Beneficiatis in eisdem tamen Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Præbendis, & Beneficiis hujusmodi ad nominationem infra scripti Joannis Regis, & ejus in dictis Regnis Successorum Regum per Ordinarium loci, aut alias instituentis, qui apud dictam Collegiatam Ecclesiam residere, illique in Divinis, ac aliis deservire deberent, Apostolicâ auctoritate ereximus, & instituimus, eidemque infra scripto Joanni Regi, ejusque in dictis Regnis Successoribus Regibus præfatis deputandi nonnullos Clericos Mansionarios nuncupatos ad ejus, eorumque respectivè nutum amovibiles, qui eidem Collegiatæ Ecclesie una cum Dignitatibus, Canonicis, & Beneficiatis præfatis interservire tenerentur, facultatem tribuimus, & pro majori dictæ Collegiatæ Ecclesie, ubi Rex, & Regina quotidie functionibus Ecclesiasticis assistunt, decore, & honore, & magnificentia alia Indulta, Privilegia, & prerogativas concessimus, pro Mensæ verò Capitularis ejusdem Collegiatæ Ecclesie, ac Dignitatum, & Canonicatum, & Præbendarum, nec non Beneficiorum hujusmodi dote, nonnullos tunc expressos redditus, & proventus applicavimus, & appropriavimus.

§. 2. Nuper verò Charissimus in Christo Filius noster Joannes modernus Portugallie, & Algarbiorum Regnorum Rex animadvertens, fructus, redditus, & proventus Mensæ Capitulari dictæ Collegiatæ Ecclesie, ut præfertur, applicatos, & appropriatos ob illius conspiciunt, & splendorem impares existere, eique de illis, quantum in se est, providere anhelans, ad hoc, ut Capitulum dictæ Collegiatæ Ecclesie se honorificentius manutenere valeat, ac Dignitates, & Canonicatus, & Præbendas, nec non Beneficia hujusmodi, nunc, & pro tempore obtinentes in functionibus Ecclesiasticis peragendis, & Divinis Officiis celebrandis Altissimo, Deiparæque Virgini Mariæ, Divoque Thomæ, quotidie, & assidue etiam honorifice, & splendide præsent famulatum, & providè considerans, quòd si una Sancti Petri de Alfan Degada Fee, cujus septingentorum, & sex, una verò cum incertis septingentorum, & quadraginta unius, super quibus una nonaginta duorum, & alia Sancti Bartholomæi Oppidi de Villafior Bracharen, cujus septingentorum, & viginti sex cum duobus tertiis, una verò cum incertis septingentorum, & octoginta unius, super quibus altera pensiones annuæ, antiquæ, perpetuæ, centum, & triginta Ducatorum auri de Camerâ, cum uno tertio alterius ducati hujusmodi olim dictæ Capellæ Regiæ in Collegiatam erectæ, Apostolicâ auctoritate reservatæ, post verò erec-

tionem, & institutionem præfatas Mensæ Capitulari præfate Collegiatæ Ecclesie hujusmodi assignatæ respectivè reperiuntur, quæ per præsentem gratiam extinctæ, & cum fructibus, ut infra, applicandis consolidatæ remanebunt, nec non reliquæ Parochiales Ecclesie Sancti Jacobi Oppidi de Leomil Lamacen respectivè Diocesis, cujus, & illis forsitan respectivè annexorum, etiam respectivè, fructus, redditus, & proventus tercentorum, & novem una verò cum incertis tercentorum, & quinquaginta unius insimul deductâ congruâ pro infra scriptis Vicariis mille sexcentorum, & nonaginta quatuor ducatorum auri de Camerâ cum duobus tertiis alterius ducati similis secundum communem estimationem, valorem, annum, ut asseritur, non excedunt, & quæ, sicut accepimus, de Jurepatronatus præfati Joannis Regis ex fundatione, vel dotatione, aut privilegio Apostolico, cui non est hæcenus in aliquo derogatum, fore dignoscuntur, & ad præsens primo, & secundo dictæ, videlicet per obitum illarum ultimorum Possessorum extra Romanam Curiam defunctorum; Tertio dictæ verò Parochiales Ecclesie hujusmodi certo modo extra eandem Curiam vacantes præviâ illarum, & cujuslibet earum tituli collativi suppressione, & extinctione de consensu ejusdem Joannis Regis eidem Mensæ Capitulari dictæ Collegiatæ Ecclesie auctoritate nostrâ Apostolicâ perpetuò unirentur, ex hoc profecto decori, majorique splendore præfate Ecclesie Collegiatæ, & Divini Cultus in ea augmento confuleretur. Quare pro parte dicti Joannis Regis, & ejus nomine dilecti Filii Nobilis Viri Roderici Annes de Saa Almeida, & Menezes Marchionis de Fontes præfati Joannis Regis apud Nos Oratoris extraordinarii, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus Collegiatæ Ecclesie præfate venustati, & decori in præmissis providere de benignitate Apostolicâ dignemur.

§. 3. Nos igitur, qui Collegiarum Ecclesiarum quarumlibet præsertim in Regiis Palatiis erectarum, statum felicem, & mantentionem sinceris promovere desideramus affectibus, ipsumque Joannem Regem specialis gratiæ favore prosequi volentes, verumque, & ultimum dictarum Ecclesiarum vacationis modum, etiam si ex illo quævis generalis, reservatis etiam in corpore Juris clausa resultet, præsentibus pro expresso habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis omnibus, qui fuerint evocandi, Parochiales Ecclesias præfatas, sive præmissis, sive alio quovis modo, aut ex aliorum quorumcumque Personis, seu per liberam resignationem dictorum defunctorum, & quoad tertio dictam Parochialem Ecclesiam illius ultimi possessoris, vel quorumvis aliorum de illis in dictâ Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & Testibus sponte factas, aut Constitutionem felicis recordationis Joannis Papæ XXII. Prædecessoris nostri, quæ incipit *Execrabilis*, vel affectionem alterius Beneficii Ecclesiastici ordinariâ auctoritate collati vacant, etiam si tanto tempore vacaverint, quòd earum collatio juxta Lateranen. Statuta Concilii, ad Sedem præfatam legitime devoluta, dictæque Parochiales Ecclesie dispositioni Apostolicæ specialiter reservatæ existant, & super eis inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, illarumque titulum collativum, statum, & essentiam, & denominationem, eadem auctoritate nostrâ etiam perpetuò suppressis, & extinguatis, ita quòd illæ ex nunc collativæ esse desinant, & uti tales in titulum collativum quævis auctoritate conferri, & de illis disponi quovis modo amplius nequeat, & si illas deinceps conferri, aut impetrari, aut

alias

Sua Sanctitas Regiæ annuens petitioni mandat Officialibus Archiepiscopi Bracharen. & Episcopi Lamacen. ut ser. ser. ad unionem præfatarum trium parochialium Mensæ Capitulari d. Collegiatæ procedant, omnesque illarum fructus eidem mensæ uniant, & incorporet.

alias de illis difponi contigerit, collationes, provisiones, & quævis aliæ difpofitiones de illis quovis modo faciendæ nullæ, & invalidæ exiftant, nullique fuffragentur, nec cuiquam coloratum titulum poffidendi tribuant, nec non dictarum Parochialium Ecclefiarum refpectivè fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, bona, proprietates, aliæque emolumenta quæcumque in quibuslibet rebus confiftentia, & undecumque provenientia, cum infraſcriptis tamen legibus, & conditionibus Menſæ Capitulari dictæ Collegiatæ Ecclefiæ pro Decanatus, & aliarum Dignitatum, ac Canonicatum, & Præbendarum, nec non Beneficiorum hujusmodi dotis, & diftributionum quotidianarum augmento, ita quod liceat Decano, aliisque Dignitatibus, & Canonicis, nec non Beneficiariis prædictis eorum, ac dictæ Menſæ Capitularis nomine, corporalem, realem, & actualem poffeffionem bonorum, jurium, & pertinentiarum, ac annexorum quorumcumque ad Parochiales Eccleſias præfatas ſpectantium, & pertinentium liberè apprehendere, & apprehenſam perpetuò retinere, illarumque omnium, & ſingulorum fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque percipere, exigere, & levare, ac in eorundem Dignitates, ac Canonicatus, & Præbendas, ac Beneficia hujusmodi pro tempore obtinentium, communes uſus, & utilitatem, modo tamen infra dicendo, ac falvis infraſcriptis, convertere, Diœceſani locorum, vel quorumvis aliorum licentiâ deſuper minime requiſitâ auctoritate noſtrâ etiam perpetuò uniatis, annectatis, & incorporatis.

§. 4. Nec non in primodictâ unam, & in ſecundo dictâ aliam, ac tertio dictâ Parochialibus Eccleſiis uniendis præfatis reliquam perpetuas Vicarias pro tribus Presbyteris futuris Parochialium Eccleſiarum uniendarum hujusmodi Vicariis perpetuis in eis ad præſentationem dicti Joannis Regis, ejuſque in dictis Regnis ſucceſſorum Regum præfatorum per Ordinarium loci inſtituendis, & per eundem Ordinarium prius examinandis, & approbandis, qui apud Parochiales Eccleſias, ut præfertur, uniendas, hujusmodi continuò perſonaliter reſidere, ac omnia, & ſingula munia, & onera Parochialia eiſdem Parochialibus Eccleſiis, ut præfertur, uniendis, & earum cuilibet quomodolibet incumbenda ſubire, & adimplere refpectivè debeant, & teneantur, etiam perpetuò erigatis, & inſtituatis, illiſque ſic erectis, & inſtitutis pro illarum congruâ, & competenti dote, eaſque pro tempore obtinentium congruâ ſubſtantiatione ex Parochialium Eccleſiarum uniendarum præfatarum fructibus, redditibus, & proventibus ſupradictis primo, & ſecundo dictis, videlicet ſummam centum millium Regium monetæ Portugalliæ pro qualibet, tertiodictæ verò Vicariis erigendis hujusmodi congruam portionem aliàs Reſtori tertiodictæ Parochialis Eccleſiæ in actu applicationis illius fructuum, reddituum, & proventuum Conventui Villæ de Batalha Ordinis Fratrum Sancti Dominici Prædicatorum nuncupatorum Ulyxbonen Diœceſis pro illius reparatione ad certum tunc expreſſum tempus auctoritate noſtrâ, & ob lapſum temporis hujusmodi jam ceſſatâ, aſſignatam videlicet octoginta millium Regium monetæ Portugalliæ cum pede Altaris ſummam centum ducatorum auri de Camera refpectivè conſtituentium quotannis per Capitulum, & Canonicos præfatos refpectivè perſolvendam, & per Vicarias erigendas hujusmodi pro tempore obtinentes annuatim refpectivè percipiendam, exigendam, & levandam, ac in cujuſlibet eorum refpectivè uſus, & utilitatem convertendam, etiam perpetuò applicetis, & approprietis, ita tamen, quod dictarum Parochialium Eccleſiarum,

ut præfertur, uniendarum fructus, redditus, & proventus à die vacationis cujuſlibet earum uſque, & per totam diem vigefimam ſecundam menſis Octobris anni Domini milleſimi ſeptingentefimi undecimi decurſi in Paramentorum Eccleſiaſticorum, ſacrarumque ſupelleſtilium emptio-nem, ſeu illorum ſarcionem, ac pro fabricâ, aliſque neceſſitatibus, & indigentis dictæ Collegiatæ Eccleſiæ erogari debeant, reliqui verò poſt dictam diem vigefimam ſecundam Octobris dicti anni, uſque nunc etiam decurſi, nec non annui redditus dictarum Parochialium Eccleſiarum, ut præfertur, uniendarum, deductâ tamen ex eis ſupradictâ congruâ centum millium pro qualibet ex primo, & ſecundo dictis, ac octoginta millium refpectivè Regium monetæ dictæ tertio dictâ Vicariis, ut præfertur, erigendis inſum mille ſexcentorum nonaginta quatuor ducatorum auri ſimilium valorem annuum, ut præfertur, non excedentium pro illorum ſextâ parte, videlicet pro ſummâ ducatorum octoginta duorum ducatorum auri de Camera hujusmodi, & juliorum octo monetæ pro Præbendarum dotis augmento, ita quod Decano, & aliis quinq;ue Dignitatibus, & Canonicis præfatis novem ducati auri hujusmodi, & julii ſeptem monetæ cum uno tertio alterius julii pro quolibet, cuilibet verò ex dictis Beneficiariis quatuor ducati auri hujusmodi cum dimidio alterius ducati parisi, & julii tres monetæ cum dimidio alterius julii ſimilis annuatim refpectivè obveniant, reſiduum verò pro diftributionum quotidianarum, etiam augmento inter Decanum, aliſque Dignitates, Canonicos, & Beneficiarios præfatos eodem modo proportionabiliter dividendum refpectivè diftribuat.

§. 5. Et ad dictas Vicarias ſic, ut præfertur, erigendas tam hac primâ vice ab earum primævâ erectione, & inſtitutione, ut præfertur, faciendis vacantes, quàm quoties ex tunc inceps aliàs quovis modo, etiam ex quorumcumque perſonis, etiam noſtri, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, ſeu cujuſvis etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, etiam tunc viventis familiarium continuo-um Commenſalium, ſeu Sedis præfate Notariorum, Protonotariorum nuncupatorum, & aliorum Romanæ Curie Officialium, & Conclavitarum, Curialiumque, & aliorum quorumcumque ſpecialiſſimas qualitates habentium, per quas ex uno, vel pluribus capitibus tam perſonalibus, quàm realibus quæcumque reſervatio, vel affectio Apoſtolica inducatur, etiam ex vacatione apud Sedem Apoſtolicam, & in quibusvis menſibus, Nobis & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, Sedique prædictæ per quæcumque Conſtitutiones Apoſtolicas, aut Cancellariæ Apoſtolice regulas nunc, & pro tempore reſervatis, ſeu Ordinariis Collatoribus, etiam per Conſtitutiones, & regulas eaſdem, ſeu literas alternatarum, aut alia Privilegia, & Indulta hæcenus conceſſa, & in poſteriù concedenda, aut aliàs de jure quomodolibet competentia, ubicumque, qualitercumque, & quomodocumque vacare contigerit Juſpatronatus, & præſentandi ad Vicarias erigendas hujusmodi perſonas idoneas per Ordinarium loci inſtituendas præfate Joanni Regi, ejuſque in dictis Regnis ſucceſſoribus Regibus prædictis eadem Apoſtolicâ auctoritate, eo, quo ante ad dictas Parochiales Eccleſias, ut præfertur, uniendas competebat, modo ſimiliter perpetuo reſervetis, concedatis, & aſſignetis, ac Juſpatronatus, & præſentandi hujusmodi præfate Joanni Regi, ejuſque in dictis Regnis ſucceſſoribus Regibus præfatis, non ex Privilegio Apoſtolicò, ſed uti ex verâ, primævâ reali, & actuali, plenâ, integrâ, & omnimoda fundatione, & perpetua dotatione laicali ex bonis merè laicalibus, Regiique

Et in præfatis Parochialibus tres Vicarias perpetuas de Regio Jurepatronatus pro administratione Sacramentorum inſtituunt, & ſingulis Vicariis certam hic præſcriptam congruam aſſignant.

Maneat fructus earundem Parochialium decurſus uſque ad diem 22. Octobris 1711. erogari in uſum dictæ Collegiatæ Eccleſiæ.

Alios verò fructus à dicta die decurſos, ac in poſterum decurrendos diftribui modo hic præſcripto.

Decernit juſ præſentandi ad præfatas Vicarias perpetuas competere debere Regi pro tempore, & ampliffime derogat quibuscumque affectio-nibus, & reſervationibus Apoſtolicis.

ANNO
1716.

Patrimonii redditibus factis tantum competere, & uti tale sub derogatione Juris patronatus ex Privilegio Apostolico, vel consuetudine, aut prescriptione acquisiti, nullatenus comprehendi, nec illi ullo unquam tempore, etiam cujusvis litispendentiae, vel vacationis praefatarum Vicariorum apud Sedem eandem, etiam ex resignationis causa permutationis, aut alio quocumque praetextu ex quavis alia causa quamvis urgentissima, & legitima etiam per Nos, & quoscumque Romanos Pontifices successores nostros pro tempore existentes derogari posse decernatis, ac eadem praesentes, & in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod causae, propter quas praemissa omnia, & singula facta fuerint coram Ordinariis locorum, tanquam Sedis praefatae Delegatis vel aliis examinatae, verificatae, approbatae, iustificatae non fuerint, ac quicumque in praemissis jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes cujusvis gradus, ordinis, praeminentiae, vel dignitatis, seu aliam specificam, & individua mentione digni existant, eisdem praemissis, eorumque singulis non consenserint, seu ad ea vocati, seu auditi fuerint, etiam si consentire, seu vocari, & audiri debuissent, aut ex alia quantumvis iuridica, legitima, & privilegiata causa, & quovis alio colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae aliove, quolibet etiam quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, infringi, & in controversiam vocari, ad terminos juris reduci, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, suosque plenarios, & integros, & irrevocabiles, perpetuosque effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & quodcumque pro tempore spectabit, inviolabiliter observari.

S. 6. Sicque, & non aliis per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, Sedisque praefatae Nuncios judicare, & definire debere, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane eadem auctoritate nostra decernatis, non obstant, nostris, & Cancellariae Apostolicae praefatae regulis de iure quovis non tollendo, & de unionibus, aliisque similibus gratiis, ad partes committendis, vocatis iis, qui fuerint evocandi, ac de exprimendo vero annuo valore, nec non Lateranensis Concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a iure permisis, fieri prohibentis, & aliis Apostolicis, etiam in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, vel edendis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis quibusvis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque clausulis, & decretis in contrarium forsitan quomodolibet concessis; quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, vel aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores pro plenae, & sufficienter, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris latissime, & plenissime hac vice dumtaxat specialiter & expressis harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud

Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo sexto decimo. Quartodecimo Kalendas Septembris Pontificatus Nostri Anno sexto decimo.

CONFIRMATIO

Novorum Decretorum, seu Statutorum Congregationis Musicorum sub invocatione S. Caeciliae in Urbe instituta.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Pastoralis Dignitatis fastigium, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinae Sapientiae, atque clementiae abundantiam evecti, illa, quae pro felici Societatum quarumlibet praesertim in Alma Urbe nostra, ex qua bonorum operum exempla in omnes Christiani Orbis partes promanant, institutarum, uberesque pietatis, & Christianae charitatis fructus, adjuvante, & incrementum largiente Domino, proferre laudabiliter satagentium regimine, & directione providè constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata permaneant, Apostolici muniminis nostri patrocinio, cum id à Nobis petitur, libenter constabilimus. Nuper siquidem pro parte dilectorum Filiorum Congregationis Musicorum sub titulo, seu invocatione S. Caeciliae in Urbe praedicta canonicè (ut asseritur) erectae, suaeque functiones in Ecclesia S. Caroli ad Catenarios nuncupati de eadem Urbe Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Decollati Barnabitarum nuncupatorum de praesenti exercentis, Nobis expositum fuit, quod ipsi pro salubri directione, rectaque administratione dictae Congregationis Musicorum, & Piorum Operum, quibus incumbit, ultra Statuta, quae à fel. rec. Innocentio Papa XI. Praedecessore Nostro per quasdam suas desuper in simili forma Brevis die xviii. Maij expeditas literas confirmari obtinuerunt, cum plenae approbatione supradictae eorum Congregationis, ac subscriptione dilecti filii Nostri Petri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Orthoboni nuncupati dictae Congregationis Musicorum apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, aliorumque huiusmodi Congregationis Officialium facta fuerunt nonnulla alia nova Decreta, & Statuta tenoris, qui sequitur videlicet.

I. Si è stabilito, inerendo al Capitolo ottavo de' nostri Statuti, che qualunque Persona tanto Ecclesiastica, quanto Secolare, che al presente esercita, ed in avvenire esercitarà la Professione della Musica, si nelle Cappelle di servizio continuo, come in ogni altra Chiesa di Roma, debba osservare li Statuti della nostra Congregazione, ed ubbidire non solo a' presenti Decreti, ma a' tutti gl'altri ordini, e decreti da farsi in avvenire della medesima sotto le pene, che si diranno appresso, volendo, che il presente Decreto comprenda indifferentemente i Maftri di Cappella, Organisti, Cantori, ed Istromentisti, intendendosi però sempre eccettuati li Musici della Cappella Pontificia, li quali formano trà di loro un Collegio affatto distinto dalla nostra Congregazione, e però non sono, nè devono essere mai compresi sotto alcuno delli passati, ò de presenti nostri infrascritti Decreti, e questa dichiarazione, e protesta s'intenda sempre repetita in ciascheduno delli seguenti Capitoli.

II. Per miglior dichiarazione del primo Ca

LXXXV.

Decreta roborantia, & clausulae salutare.

Decretum irritans cum derogationibus quibuscumque contrariis.